



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Franciscvs De Pavla. 2. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

S. FRANCISCVS DE PAVLA.
2. Aprilis.

FRANCISCVS DE PAVLA decimo tertio ætatis anno, à parentibus ex voto S. FRANCISCO consecratus, monente Deo, novam Religionis familiam Minimorum nuncupandam condidit. Piorum ope adiculam sacram molientem S. FRANCISCVS monuit, ut angustiis illis prolati, ampliorem faceret: impensas causantem fidere Deo iussit; muris ergo dejectis, mox ab homine copioso magnam vim auri in opus accepit. Cùm virtutibus omnibus abundaret, ardebat tamen charitate maximè, quæ ad illum cælo defluxit globo igneo inscripta, ejus tessera futura & ordinis insigne. Ea flamma cùm totum hominem corripuisse, nihil mirum est, ardentes deinde titiones impunè tractasse, subiisse caminos, cibos quin adeò absque foco solâ Charitatis flammâ percoxiisse. sed animos hominum eodem incendio ambussum, & extremis odiis dissidentes non alio ferrum colligavit, artificiosus in miracula sancti Amoris. Ut cùm fratribus duobus pomiferæ arboris causâ inimicitias inter se alentibus, arborem dissipare medium iussit, neuter ut uno pomo esset ditior; vel cùm pauperum causam apud Regem acturus numum

au-

P R.

L A.

eci-
bus
tus,
fa-
n-
am
uit,
em
e
ab
i in
pus
xit
tu-
m
ai-
n-
os
ti-
ni-
x-
er-
a-
us
i-
d-
o-
n
-

2. A P R. Vitæ Sanctorum. 189

aureum inter digitos diffregit, ex quo cùm sanguis copiosè manaret, inopum eum esse dixit, qui acerbis exactiōibus exugerentur. Hāc denique virtute ad cælum subiectus est anno M. D. VII. eādem fiduciā aërem transvolans, quā olim mare pallio suo instratum enavigavit. Ex uitā.

S. GENOVEFA PALATINA.
2. Aprilis.

GENOVEFA Brabantiae Ducis F. Sifridi Comitis Palatini coniux, post votum DEIPARÆ factum filium enixa est, id temporis Sifrido in Syriā a gente. Interea Golo, qui pro Duce Rempub. administrabat, cùm pudicitiam sēpē sāpiūs GENOVEFÆ nec quicquam tentasset, ut scelus scelere tegeret, apud reducem Principem in suspicionem eam adduxit, ac si alieno ex toro filium sustulisset. Maritus continuò crimen cum matre & puerō aquis jubet mergi. Sed mitiores Domino famuli, cùm in silvas utrumque exposuissent, domi se imperata peregisse adsimularant. Nec defuit etiam inter silvas afflictis miserorum MATER, sed cervam misit, quæ statā horā quotidie infanti ubera præberet. Annus agebatur orbis restaurati DCCL. exilii GENOVEFÆ V. cùm Sifridus, dum feras quærat, in homines offendit, in iis

con-